

mentur, Faron horribiliter^a pertumescet^b et loca vicina subvertet. Hinc^c mare usque ad yma descendet, pisces congregabuntur in unum dabuntque rugitum^d. Hinc^e celum in quatuor^f partes aperietur, et^g vocem dabunt tonitrua, et audient terrigene^h minas examinis, et^e ineffabilia concinenturⁱ in tuba. Et nuncii venient inreprehensibiles nunciantes rerum excidium et dicentes: 'Fiat humiliatio, fiat penitudo! Conterantur^k qui excesserant, ut^l avertatur furor, convertatur et^m agnus.' Hinc^e per loca apparebunt voragines, maior pars animalium morietur. Aves universe corruent inⁿ yma exhorrentque^o volatum. Set^p et humanum genus erit exanime et antra subibit, reiciens pecunias^q, et inextimabiliter contremiscet. Colles corruent, titubabunt^r montes, et luna in nigredinem convertetur. Et venient^s in conspectu agni abhominatio peccatorum et ultionis appetitus, et descendet ignis terribilis, qui universa creata usque ad ethera concremabit. Et non erit solare lunareve^t iubar, non^u montes aut colles nec hominum habitatio erit in terris, et non habundabit ultra iniquitas et^v peccatum, set veniet e celo vox tube terribilis advocans universos, ut veniant in examen. Fiet autem ineffabiliter corporis et anime reintegratio, ut utrumque simul retributionem glorie suscipiat^w sive penam. Tunc apparebunt cuncti^x reges et principes et videbunt agnum^u in throno terribili, ut retribuatur universis, nec^y erit divitis inopisve^z discretio^a, set examinatio meritorum. Tunc scelera patefient^b, tunc timor et^c tremor horrorque voraginis, que demonstrabitur^d in vindictam, concutiet^e universos, ut dentibus strideant et oculis lacrimentur. Extendentque^f manus ad preces, nec erit agnus flexibilis, set horribilis in vindictam. In conspectu eius ignis et tonitrua, merita cum peccatis; a dextris eius^g benedictio, maledictio procedet^h a leva. Iudicabit autem bonos et malos, ut illos sursumⁱ elevet, hos autem in sortem demonum voret^k avernus.

Explicit liber Sibille Erithee Babylionice^l.

a) mirabiliter 3. b) pertumescet 1; intumescet 5. c) Hic 3; fehlt 5. d) mugitum 5. e) Fehlt 5. f) p. q. 2. 5. g) 'et v. d. t. et' fehlt 5. h) homines 5. i) continentur 2. 3; continebuntur 1. k) Convertantur qui excesserunt 3. l) et 4; avertantur 3. m) Fehlt 4. n) 'in — Colles corruent' fehlt 5. In folgendem ist manches in 5 weggelassen und manches geändert, was ich nicht einzeln anführe. o) exhorrescentesque 4. p) Fehlt 1. q) penas 2. r) turbabunt 3. s) veniet 4. t) luneve 2. 3. 4; luminare 5. u) Fehlt 3. v) n; (neque) 1. w) recipiat 1. 5; danach 'glorie' am Rande ergänzt 1. x) iuncti 2; victi 3; vincti 5. y) non 1. z) inopis divitisque 1; inopisque 5. a) distinctio 2. 3. 5. b) 't. sc. patebunt' am Rande ergänzt 1. c) Fehlt 4. d) demonstrabuntur 1. e) 'concuciet — vindictam' vom Glossator am Rande ergänzt 3 mit der Vorbemerkung: littera est. f) extendensque 3; Extendetque 4; extenduntque 5. g) enim 3. h) procedit 3. 5. i) sursim 1. k) roret 2. l) So 1; Expliciunt capitula libri primi